

Curas hominum quos urat curia I t e m.

loquorum studia non habent terminum. talium fidem

incurreret descriret phyladet atti dein. alter enim

theseus suum fastidit thesea. ubi regnat pirith eus et fati ludit ale a.

Ab aula principis si nichil habeas o portet abeas. spem uanam

concipis tenui fortuna omni moda ad commoda. omnium meus

una. a quo nil emungitur opus perdit et operam. quod habenti dabit

omnes tenent ad li te ram. In leuium uertitur censa

te leuitas frac ta seueritas danti remittitur. explicas decreta ad

libitum si sonitum dederit mo ne ta. plenus ere sacculus pena

rei diluitur. locum dic aloculis unde locus si queri tur.

Diligitur colitur quem sors illuminat e re

Spernitur et premitur qui nulla uidetur habe re

Si fueris diues multorum laude feue ris

At neglectus eris si copia nulla sit e ris

ARISTIPPE. Quamuis seru tuo, tamen quero I te.

frui consilio. quid rome faciam mentiri nescio. potentum

gratiam dat adulatio. si mendaci uitat uero. uiuere numquam

carus ero. meretur histrio uirtutis premium. dum palpat ui

cium dulci mendatio. D y ogenes quid intendas. uis

honores uis prebendas id primum explices. presunt ecclesiis hu

quibus displices. nisi te uiciis illorum implices gratius e ris si

commendas in prelatis vite mendas. culparum complices minis-
tros sceleris amant pre ceteris nostri pontifices. Nec potentum
didici viciis applaudere. nec favorem querere corde loquens
duplici. veritate simplici semper uti soleo. dare famam doleo
quicquam preter merita. nec impinguo capita peccatoris
oleo. Ergo pauci exules si mentiri dubitas. simplex enim
veritas multos fecit exules. cole nostros presules. mollibus
blanditiis. nec insultans viciis verbis hos exasperes. horum si
desideres frui beneficiis. Ergo sicut consulis expedit ut ta-
ceam. blandiens vel lateant mollibus auriculis. potentum qui-
bus me vis sic placere adulari vel tacere. michi ponis me-
dium sicque quasi faveam aliene subeam culpe participium.
Culpe participio me formidans pollui. si potentum perfrui vis
favore vicio. potentium convictu pari tuos sibi conforma-
ri. in regis participes in premissis pchey et sequaces orphei sacer-
dotum principes. Vade retro sathanas. tuas tolle fabulas.
quicquid enim consulis falsitatis organa voces adulanci-
um devoveo. nullumque foveo blandiendo vicium. sed fallo-
nis nomen caveo cuius semper declinavi fraudis artificium.
Ergo vivas modicus et contentus modico. nil est opus cynico
si vis esse cynicus. dicas vale curiis et habeas et nec te sic habeant
ut applaudas viciis cum praviso praveris si potentum generis queris
esse contubernius.

Sunt detractores inimicis deteriores
Retro rodentes et coram blanda loquentes
Sunt magis infesti quoniam non sunt manifesti.
Lingua susurronis est peior felle draconis . I T F O.

ESTVANS intrinsecus ira uehementi. in amaritudine 17
loquar mee menti. factus de materia cinis elementi. folio
sum similis de quo ludunt venti. Cum sit enim proprium
uiro sapienti. supra petram ponere sedem fundamenti. stultus
ego comparor fluuio labenti. sub eodem tramite numquam
permanenti. Feror ego ueluti sine nauta nauis. ut per uias
aeris uaga fertur auis. non me tenent uincula non me tenet
clauis. quero michi similes et adiungor prauis. Michi cordis
grauitas res uidetur grauis. iocus est amabilis dulciorque fauis.
quicquid uenus imperat labor est suauis. que numquam in
cordibus habitat ignauis. Via lata gradior more iuuentutis. in-
plicor et uiciis immemor uirtutis. uoluptatis auidus magis
quam salutis. mortuus in anima curam gero cutis. Presul
discretissime ueniam te precor. morte bona morior dulci nece
necor. meum pectus sauciat puellarum decor. et quas tactu ne-
queo saltem corde mechor. Res est arduissima uincere natu-
ram. in aspectu uirginis mentem esse puram. iuuenes non
possumus legem sequi duram. iuuenumque corpum non habere

curam. Quis in igne positus igne non uratur. quis papie
demorans castus habeatur. ubi uenus digito iuuenes uenatur.
oculos inlaqueat facies predatur. Si feras ypolitum hodie
papie. non erit ypolitus insequenti die. ueneris ad thala
mum omnes currunt uie. non est in tot turribus turris
galathie. Secundo redarguor etiam de ludo. sed cum ludus
corpore me dimittat ludo (nudo). frigidus exterius mentis estu sudo.
tunc uersus et carmina meliora cudo. Tercio capitulo me
memoro (memoro) tabernam. illam nullo tempore spreui neque spernam. do
nec sanctos angelos uenientes cernam. cantantes pro mortuis re
quiem eternam. Meum est propositum in taberna mori. ubi ui
na proxima morientis ori. tunc cantabunt letius angelorum
chori. deus sit propicius isti potatori. Poculis accenditur ani
mi lucerna. cor inbutum nectare. uolat ad superna. michi
sapit dulcius uinum de taberna. quam quod aqua miscuit
presulis pincerna. Loca uitant publica quidam poetarum.
et secretas eligunt sedes latebrarum. student instant uigi
lant nec laborant parum. et uix inde (ex) reddere possunt opus
clarum. Ieiunant et abstinent poetarum chori. uitant
rixas publicas et tumultus fori. et ut opus faciant quod
non possint mori. moriuntur studio subditi labori. Ta
les uersus facio quale uinum bibo. nichil possum facere

nisi sumpto cibo. nichil ualent penitus que ieiunus scribo.
Nasonem post calicem carmine preibo. Michi numquam
spiritus poetrie datur, nisi prius fuerit uenter bene satur.
cum in arce cerebri bachus dominatur. in me phebus irruit
et miranda fatur. Unicuique proprium dat natura munus.
ego numquam potui scribere ieiunus. me ieiunum uincere
posset puer unus. sitim et ieiunium odi tamquam funus.
Unicuique proprium dat natura donum. ego uersus faciens
bibo uinum bonum. et quod habent purius dolia cauponum.
tale uinum generat copiam sermonum. Ecce mee prodi
tor paruitatis fui. de qua me redarguunt seruientes — // prauitatis
tui. sed eorum nullus accusator fui. quamuis ue   lint
ludere seculoque frui. Iam nunc in presen   tia
presulis beati. secundum dominici regulam
mandati. mittat in me lapidem neque parcat uati. cuius
non est aliquis conscius peccati. Sum locutus contra me
quicquid de me noui. et uirus euomui quod tam diu foui.
uita ductus (uetus) displicet mores placent noui. homo uidet
faciem corda patent ioui. Iam uirtutes diligo uiciis irascor.
renouatus animo spiritu renascor. quasi modo genitus
nouo lacte pascor. ne sit michi amplius uanitatis uas cor.
Electe colonie parce nunc egenti. fac misericordiam famulo

petenti. & da penitentiam accipe penitenti. Feram quicquid iusseris animo libenti. Assis ergo subditis immortari. parcit animum subditis leo rex ferarum. & uos idem facite principes terrarum. quod caret dulcedine nimis est amarum. Cum sit fama multiplex de te diuulgata. ueritati consonent omnia prolata. colorare stultum est bene colorata. & non decet aliquem serere iam sata. Raptus ergo specie fame decurrentis. ueni non in modicum uerba dare uenientis. sed ut totum gratie de profundo mentis. precepit sed dominus clamat offerentis. Vide si complaceat tibi me tenere. in scribendis literis certus sum ualere. et si forsan accidat opus in mine [illegible] uideas dictamine potero supplere. Hoc si recusaueris audi quod attendas. paupertatis oneri pie condescendas. & ad penas hominis huius depellendas. curam aliquatenus muneris impendas. Pater mi sub breui tam multa comprehendi. quia doctis decens est modus hic loquendi. et ut prorsus resecem notam applaudendi. non in uerbo loicis placuit prendi.

VERSUS.

Si quis displiceat prauis non sollicitatur.
Cum non sit prauus nemo placere potest.
Opto placere bonis prauis odiosus haberi.
Nam solent odio semper habere prauos.



DENVDATA. Veritate sucinctaq; De conflictu vini et aq.
brevitate. ratione varia. dico quod non copulari debent
immo separari que sunt adversaria. Cum in cipho
reponuntur. vinum aqua coniunguntur. talis coniunc-
tio non est bona nec laudari debet immo nuncupari melius
confusio. Vinum sentit aquam secum. dolens inquit quis te
mecum ausus est coniungere. surge exi vade foras nec
eodem loco moras mecum debes facere. Vilis moram et invenire cun-
da rimas queris ut immunda mundi loca subeas. super terram
debes teri et cum terra commisceri. ut in lutum transeas.
Mensa pro te non ornatur. nullus homo fabulatur. in tua pre-
sentia. sed qui prius est iocundus. ridens verborum facundus.
non rumpit silentia. Cum quis de te forte potat. si sit sanus
tunc egrotat. conturbas precordia. tonat venter surgit ven-
tus. qui inclusus non ad emptus multa dat supplicia. Sed
cum venter est inflatus. tunc diversos reddit flatus. exi-
tuque gutture. et cum ita dispensatur venter perturbatur.
acceptu rupto munere. Aqua contra surgit ira
turpis iacet tua vita in magna miseria. Qui sunt tui
potatores vitam perdunt atque mores tendentes ad vicia.
Tu scis linguas impedire. titubando soles ire. tua sumens
basia. verba recte non discernens. centum putat esse cernen

duo luminaria. Et qui tuus est amator homicida fornicator adulter. Geta. Byrria. tales tibi famulantur, tales de te gloriantur taberniali curia. Propter tuam prauitatem nullam habes libertatem. domos tenes paruulas sed ego magna sum in mundo. dissoluta me diffundo per terre particulas. potum dono sicienti. ad salutem me querenti ualde necessaria.

In cratere meo thetis est sociata lyeo. VERSUS.
Est dea iuncta deo sed dea maior eo ....
Non ualet hic uel ea nisi quando sunt pharisea. ....
Hec duo preterea sit deus absque dea. ....
Res tam diuerse licet utraque sit bona per se. ....
Dum sic peruerse coeunt perdunt pariter se. ....
Non reminiscamini quod adescas architriclini. ....
Inuitatis domini non est coniux aqua uini. ....

SI quis deciorum diues officio ITEM.
gaudes in uiagorum esse consortio uini numquam spernas diligas tabernas. Bachi qui hanc est spiritus infusio. gentes allicit bibendi studio. curarumque tedium soluit et dat gaudium. Terminum nullum teneat nostra contio. bibat funditus confisa decio. nam ferre scimus tum fortune clipeum. Circa frequens studium sis sedula. apta digitos gens tens emula. ad fraudem decii sub spe stipendii. Qui perdit pallium. sat

scit esse decium fortune nuncium. sibi non prospere dum ludit
temere gratis volens bibere. L usorum studia sunt fraudis congeries.
perentis tedia sit illi gaudium. qui tenet pallium per fraudis in
cium. N emiretur homo talis quem tus esse nudavit. nam scel
item cogit talis. dare penas factis malis iouemque beavit. V t
plus ludat quem sors nudat: lucri spes hortatur: sed dum res
res trahunt vestes non auxiliatur. I n taberna fraus eterna
semper est in ludo. hanc qui amat sepe clamat sedens dorso nu
do. V e tuis donis decie. tibi fraus et insidie. turbam facis lu
dentium. paris stridorem dentium. lusorum cuius studia sunt
fraudes et rapina. que michi supplicium merso dant in ruina
F ortune dona primitus volubitas est inversa in meque michi
penitus novercatur aversa. I n valle separabsidis stat fron
te capillata. que nunc aures aspidis habet retro calvata. S chuch
clamat nudus in frigore. cui gelu riget in pectore. quem tre
mor angit nudo corpore. dum optat ut sedeat estatis tempore
sub arbore. P er decium supplicium suus datur cultoribus.
quos seviens urget hyemps semper suis temporibus. S ub di
gito sollicito latet fraus et deceptio. unde oritur dum ludit
sepe litis dissensio. D eceptoris est mos velocis et tardos et
graves fraudis socios sunt secum decii sed fiunt consocii dum ludunt
socii. S ub quorum studio fraus et deceptio regnant cum decio

non equis legibus dampnandus animus s; iniquis ictibus.
Corde si quis tam deuoto ludum imitatur. huius rei testis otto.
cholum cuius regit gloto. quod sepe nudatur. Causa ludi sepe
nudi sunt mei consortes. dum sic prestem sup uestem meam
mittunt sortes. Heu p ludo sepe nudo dat uestem saccus. Sed
dum penas mortis uenas. dat nescire bachus. Tunc salutant
peccatum. 7 laudant tabernarium. excluditur denarius pro
ferturum sermo uarius. O cursal misur becher deuin. tunc eum
osculantur wir enahten nihtes denrin s; bacho famulamur.
Tunc rotant scyphi desup 7 canna pluit mustum. 7 qui potaue
rit nup bibat plus quam sit iustum. Tunc postulantur tes
se poculis iactantur. nec de futuro bore quicquam premeditatur.

In taberna quando sumus. Item de eodem.
non curamus quid sit humus. sed ad ludum properamus.
cui semp insudamus. quid agatur in taberna ubi num
mus est pincerna. hoc est opus ut queratur. s; quid loquar au
diatur. Quidam ludunt quidam bibunt. quidam indiscre
te uiuunt. s; in ludo qui morantur. ex his quidam denudantur.
quidam ibi uestiuntur. quidam saccis induuntur. ibi nul
lus timet mortem. s; p bacho mittunt sortem. Primo pro num
mata uini. ex hac bibunt libertini. semel bibunt p captiuis.
post hec bibunt ter p uiuis. quater p xpianis cunctis. quinq

es pro fidelibus defunctis. sexies pro sororibus vanis. septies pro
militibus vanis silvanis. Octies pro fratribus perversis. novies pro mo-
nachis dispersis. decies pro navigantibus. undecies pro discordantibus. duo-
decies pro penitentibus. tredecies pro iter agentibus. tam pro papa quam
pro rege. bibunt omnes sine lege. Bibit hera bibit herus. bi-
bit miles bibit clerus. bibit ille bibit illa. bibit servus cum
ancilla. bibit velox bibit piger. bibit albus bibit niger. bibit
constans bibit vagus. bibit rudis bibit magus. Bibit pauper
et egrotus. bibit exul et ignotus. bibit puer bibit canus. bibit
presul et decanus. bibit soror bibit frater. bibit anus bibit mater.
bibit ista bibit ille. bibunt centum bibunt mille. Parum
durant centum sex nummate. ubi ipsi immoderate. bibunt
omnes sine meta. quamvis bibant mente leta. sic nos rodunt
omnes gentes. et sic erimus egentes. qui nos rodunt confundantur.
et cum iustis non scribantur. Item alia.

DUM. Domus lapidea foro sita cernitur. et estatis tos-
ta visus dum allicitur. dulcis fertur socii locus hic est
hospitii. bachus tollat venus molliat in bursam pecto-
ra et immutet et computet vestes in pignora. Molles cibos edere
inpinguari dilatari studeamus ex adipe alacriter bibere.
Heu quam est iam vita potatoris. qui curarum tempestatum
sedat et meroris. dum flavescat vinum in vitro sub rubei colore.

Bibuli lagenam absorbent uino plenam. uinum mixtum mellifluo
odore
sapore: claretum forte nectareo sapore: cyphos crebros repetunt usque
de maiestatis. in qua iugum inops portat sue paupertatis. Ex do
mo strepunt gressu inequali. nasturcio procumbunt plateali
fratres nudi carent pecunia. ad terram primi flectunt genua. in
luto strati dicunt orate: per posteriora dorsi uox auditur leuate:
exaudite iam uestre sunt orationes. et respexit bachus uestras
compunctiones. Omnes dicunt surgite eamus. uenter exposcat
ut paululum edamus. stomachus recusat potum diu carens ce
na. et simplex erit gaudium si cutis non sit plena. Versus.

Mella cibus dulcis sunt sepe nocentia multis.
Esca quidem simplex sanum facit atque ualentem.
Diuicie dulces pluribus ille graues.
Insanum multas destruxere cibis.

PAXTI: Bachi meritum incitat — Item. Al.

Pillicatum. potaria festiua. non merum sunt captiua. bachum
colo sine dolo. quia uolo. quod os meum bibat. Hac in
plana tabula. mora detur sedula. pares nostri fortes. pugnant
sicut fortes. nam per ludum fero dudum. destum nudum. ut
mei consortes. numquam erit habilis. qui non est instabilis.
et corde iocundo. non sit uagus mundo. et recurrat et transcurrat.
et discurrat in orbe rotundo. Symon in alsaciam. uisitare pa


tiam uenit ad confratres uisitare presbiteros, ubi uinum. et albinum
et rufinum potant nostri fratres. Item alia.

BACHE. Bene uenies gratus et optatus. per quem noster
animus fit letificatus. Refl. Istud uinum
bonum uinum. uinum generosum. reddit uirum cu
rialem probum animosum. Iste cyphus concauus, de bono mero
profluus. siquis bibit sepius. satur fit et ebrius. Hec sunt uasa re
gia quibus spoliatur. ierusalem et regalis babylon ditatur. Ex
hoc cypho conscii bibent sui domini. bibent sui socii. bibent et
amici. Bachus forte superans. pectora uirorum. in amorem con
citat animos eorum. Bachus sepe uisitans mulierum genus.
facit eas subditas tibi o tu uenus. Bachus uenas penetrans
calido liquore. facit eas igneas ueneris ardore. Bachus lenis le
niens curas et dolores, confert iocum. gaudia. risus et amores. Bachus
mentem femine solet hic lenire. cogit eam citius uiro consentire.
A qua prius coitum nequit impetrare. bachus illam facile so
let expugnare. Bachus numen faciens hominem iocundum.
reddit eum pariter doctum et facundum. Bache deus inclite
omnes hic astantes. leti sumus munera tua prelibantes. Omnes
tibi canimus maxima preconia. te laudantes merito tempora per omnia.
Tu das bache loqui. tu comprimis ora loquacis. VERSUS.
Vitas declinas tristia leta facis.

Conciliās hostes. tu rumpis federa pacis.
Et qui nulla sciunt omnia scire facis.
Multis clausa seris tibi panditur archa thenacis.
Tu das ut detur. nil dare posse facis.
Das ceco visum. das claudo currere solacis.
Credentis esse deus. hec quia cuncta facis.
Ergo bibamus. ne sitiamus. uas repleamus.
Quisque suorum posteriorum siue priorum.
Sit sine cura morte futura repperiatur.
Pone merum et talos. pereat qui crastina curet.
Bachus erat captus uinculis quoque tenacibus aptus.
Noluit ergo deus carceris esse reus.
Est incontanter dirupit uincula suaui.
Et factus fortis ...



POTATORES exquisiti licet sitis sine siti. et bibatis expediti. et scyphorum inobliti scyphi crebro repetiti non dormiant. et sermones inauditi prosiliant. Qui potare non potestis. ite procul ab his festis. non est locus hic modestis. inter letos mos agrestis modestie. et est sue certus testis



ignauie. Siquis latitat hic forte. qui non curat uinum forte. os/
tendantur illi porte. exeat ab hac cohorte. plus est nobis morte
grauis si maneat. si recedat a consorte. tunc pereat. Dea deo ne
iungantur. deam deus aspernatur. nam qui liber appellatur.
libertate gloriatur. uirtus eius adnullatur. in poculis. & uinum
debilitatur in copulis. Cum regina sit in mari. dea potest appel/
lari. sed indigna tanto pari. quem presumat osculari. numquam
bachus adaquari. se uoluit. nec se liber libaptizari sustinuit.

h IEMALI. Tempore: Item un sup.

dum prata marcent frigore. & aque congelescunt. conc/
urrunt in estuario. qui regnat cum decio. & postquam con/
ualescunt socius a socio. ludus incitatur. qui uestitus uenerat nu
dus reparatur. ei trepidant diuicie. cui paupertas semper seruit
libere. Salutemus socii. nos qui sumus bibuli. tabernam sicco
ore. potemus alacriter. cyphi impleantur iugiter. potemus so/
lito more. plana detur tabula. sortes concedantur. pro nummis
& poculis uestes mutantur. eia, nunc appareat. cui sors hec magis
aut fortuna faueat. Mox stupam egreditur. a chaldeo recipitur.
eius commilitones quassantur mandibule. nudus clamat ue
ue ue. currunt dentes in agone. o infelix nimium cur
uenis de calore. decantans regem martyrum deferens in
ore. hei hec est regula & quam nobis cutis erit morbida.

Cum [illegible] [illegible] non [illegible] neque [illegible] salute [illegible] semper [illegible] possimus

Vns seit von lutringen Helfrich wie zwene rechen lobelich ze
samne bechomen. Sterke unde ouch her Dieterich si waren bei
de waislich da von si schaden namen. als vinster was der tan
da si an ander funden her Dietrich rait mit mannes chraft den
walt also unchunden. Sterke der chom dar gegan er lie da hei-
me rosse vil daz was niht wolgetan. I t e a At.

URBS. Salue regia treuir urbs urbium. pro quam las-
ciuia redit ad gaudium. florescat patria flores sodali-
um. pro dulzor. Refr. Her wirt tragent her niu
win vrolich suln wir bi dem sin. Treuir metropolim urbs
amenissima. que bachum recolis bacho gratissima. da tu tuis incolis
uina fortissima. pro dulzor. Ars dialectica nil probat uerius. gens
teutonica nil potat melius. et plus munificus sua dans largius.
pro dulzor. Iouis in solio coramque suppetens. fuit iudicio concursu
ueneris. rasa rosarios dari precederis. pro dulzor. Quid est iocun-
dius presigni facie. rosa rosarios decorat hodie. unde uox letius
sonat leticie. pro dulzor. I t e a. A t.

HOspes laudatur. si habunde datur. ut bene bibatur. et
hoc aperte. Refr. Deus sal sit nobiscum o pecharie. modo bibi-
te. scutes apponite. Locus est generalis. ubi potus est
uenalis. quem uendit socialis femina. Pincerna tunc letatur.
habunde propinatur. de uino meliori atque leniori et hoc aperte.

Bachus ad amorem. instigat iuniorem. mente rigidiorem. & hec ꝑeie: Hic est locus annalis. festumque natalis. ubi liberalis. est ista regula. Cum ergo salutamus. vinum tunc cantamus. Te deum laudamus. & hec ꝑeie: Nos qui propinamus. & vina potamus. prius non bibamus. donec dicamus. Bachus est suavis. fit tamen sepe gravis. bibentibus incaute: hec immoderate. Proinde non obmittatur. sed lautius bibatur. dignus iam mittatur. & hoc ꝑeie: Ergo nos ludamus. sortes proiciamus. letanter bibamus. & hoc ꝑeie: VERSUS.

Ebrius quando bibit que non sunt debita dicit.
Cum bene potatur que non sunt debita fatur.
Cum bene sum potus. tunc versibus effluo totus.
Cum sicco sicce. nec in hac nec in hec nec in hoc cor.




Tessera blandita fueras michi quando tenebam.

Tessera perfida concaua res mala tessera grandis.
Tessara materies est omnis perdicionis.
Tessara deponit hominem summe rationis.
Sunt comites ludi mendacia iurgia nudi.
Rara fides furta macies substantia curta
Hii tres ecce canes segnes celeres et inanes
Sunt mea spes quia dant michi res et multiplicant es.
Pignora cum nummis cum castris predia summis.
Venantur te predantur michi sic famulantur.
Littera bis bina me dat uel sillaba trina.
Si michi demitur capud ex reliquo generatur.
Bestia silenter pennis ero tecta decenter.
Nil si uertor ero nil sum laico neque clero.



Roch pedes regina senex eques insuper et rex.
Consilio bis uetat edictis uox martis ad ictus.
Vox sonat in rama trahe tost capud sume clama.

Victus ab hoste gemat qui dum fit schach wch ⁊ ei mat.



Qui uult egregiū scachoꝝ noscere ludū.
Audiat ut potui carmina composui
Versib; i paucis dicā sibi plurima lusus. Quatuor i tabula bicolor ē uaria.
Albescat primus rubeat atq; colore secūdus. Aut nigro aut claue pingitur aut rube.
In primo roch comitte bella minatur. Statq; secūdus eques ludici iure a tenens
Tercius alficus custos regalis habetur. Rex quartus retinet femina quinta sedet.
Post illos procerū reuocatur ordo priorum. Sedit ⁊ i unum turba pcax peditum.
Stat pedes ⁊ dextra rapit ⁊ de parte sinistra. Qui m s diuisū enecit oppositū.
Et si quando datur tabule s tangere summa. Regine solitū precipit officium.
Et factus mulier referens arbiter peret. Imperat ⁊ regnat hinc capit iste abat.
Bella mouent primi pedites labitur ⁊ ipsi. Et reliqs timida dat muniēdo uia.
Per tabule spaciū recho concedit iure. In qua parte uelit si nil obsistit.
Maior maiores rapit ⁊ fallendo minores. Sepius ⁊ minimis fallitur a socius.
Bellico insignis prudens esse aptus ⁊ armis. Currit eqs rapidus qua patet arte locus.
Decipit insontes socios ⁊ fraude carentes. Vertet et i sequitur hic capit hic capitur.

Alficus triuius cornuta fronte timendus. directo comites diripit in iugis les.
A dampnis minimis dum rapiuntur ab hinnis. Sic mixti procerum turba perit peditum.
Rex manet in captus sub tracta coniuge solus. Coniuge subtracta rex manet in tabula.
Sepius est mattus seruorum turbine septus. Et mattum suffert si uia nulla patet.
Omnis eum mattum clamat mattum sibi mattum. Sic quoque ludatur denuo si placeat.

ALTE Clamat   Item vn S v p.

Alte clamat Epicurus. uenter satur est securus. uenter deus meus erit
talem deum gula querit. cuius templum est coquina
in qua redolent diuina. Ecce deus oportunus. nullo tempore
ieiunus. ante cibum matutinum. ebrius eructat uinum.
cuius mensa ⁊ cratera sunt beatitudo uera. Cutis eius sem
per plena. uelud uter ⁊ lagena. iungit prandium cum cena.
unde pinguis rubent uena. ⁊ si quando surgit uena. fortior
est quam catena. Sic religionis cultus. in uentre mouet
tumultus. rugit uenter inagone. uinum pugnat cum medone.
Vita felix ociosa. circa uentrem operosa. Venter inquid ni
chil curo. preter me. sic me pauro. ut in pace in idipsum.
molliter gerens me ipsum. super potum ⁊ super escam dormiam
⁊ requiescam. Nu lebe ich mir alrest werde. sit min sündec
ouge sihet daz schone lant. unde ouch diu erde. der man uil
eren gihet nu ist geschehen des ih da bat. ich pin chomen an die
stat da got mennischlichen trat.   Versus. ...

Non iubeo quemquam sic perdere gaudia uite. u
Ut nimioque cibo debeat ipse mori.
Sume cibum modice modico natura tenetur.
Sic corpus refice ne mens ieiuna grauetur.

Sperne lucrum uersat mentes insana cupido.
Fraude carere graues ignari credite docti.
Lusuri nummos animos quoque ponere debent.
Irasci uites nimium placet optime frater.
Ludite securi quibus es est semper in archa.
Siquis habens nummos ueniens exibit inanis.
Lusori cupido semper grauis exitus instat.
Sancta probis pax est irasci desine uictus.
Nullus ubique potest felici ludere dextra.
Inicio furias ego sum tribus addita quarta.
Flecte truces animos ut uere ludere possis.
Ponite mature bellum precor iraque cesset.

Si preceptorum super est tibi cura deorum.
Parce puer nugis dum tuis uolo tempore frugis.
Prefigam metas quales tua postulat etas.
Quas si transgredior male demonitore mereris.

Stratu contempto summo te mane levato.
Facque legendo moram quartam dumtaxat ad horam.
Quinta summe cibum ~~vinum~~ omnium bibe sed moderatum.
Et pransus breviter dormi vel lude parumper.
Postquam dormieris sic mos tuus ut mediteris.
Que meditatus eris tabulis dare ne pigriteris.
Que dederis cere speculo quandoque videre.
Miseris ut quedam facies ut ceteri credam.
Post hec in lectum cum legeris ito comestum.
Post sumptas escas si iam monet hora quiescas.
Si tempus superest post cenam ludere prodest.
Sub tali meta constet tibi tota dieta.

Incipit Officium lusorum.

LUGEAMUS Omnes in decio diem festum
deplorantes pro dolore omnium lusorum de quorum nuditate
gaudent decii et collaudant filium bachi. VERSUS.
Maledicant decio in omni tempore semper fraus eius in ore meo.
Flete nobis. Tibi leccatori. ORATIO Oremus. Deus qui
nos concedis trium deciorum malefica colere: da nobis in eterna
tabernali de eorum societate lugere. Per. Epystola.
Lectio actuum apocrifiorum. In diebus illis. Multitudinis
lusorum erat cor unum et tunica nulla. et yemps erat.

Et iacta(bant) uestimenta secus pedes accommodantis, qui uocabatur
Landrus. Landrus autem erat plenus pecunia et fenore, et facie-
bat dampna magna in loculis accomodans singulis prout cuiusque
uestimentis ualebant. **Gr.** Iacta cogitatum tu- um in decio
et ipse te destruet. **V.** Dum clamarem ad de-
cium exaudiuit uocem me- am et eri- puit
uestem meam a lusoribus iniquis. **Alleluia.**
V. Mirabilis uita et laudabilis in cyphu. **Sequentia**

Victime nouali zinke ses immolent deciani. **S**es zinke ab-
straxit uestes equum cappam et pelles abstraxit confestim a po-
sessore. **M**ors et sortita duello conflixere mirando tandem tres de-
cii uicerunt illum. **H**inc clamat o fortuna quid fecisti pessima.
Vestitum cito nudasti et diuitem egeno coequasti. **P**er tres falsos
testes abstraxisti uestes. **S**es zinke surgant spes mea precedant tra-
in tabulea. **C**redendum est magis soli ses zinke quatter ueraci
quam dri cis [illegible] ictu fallaci. **S**cimus istos abstraxisse uestes
lusoribus uere tu nobis uictor ses miserere. **Ewangelium**

Sequentia falsi ewangelii secundum marcam argenti.
Fraus tibi decet. Cum sero esset una gens lusorum uenit
Decius in medio eorum et dixit. Fraus uobis nolite cessare ludere.
Pro dolore enim uestro missus sum ad uos. Primas autem qui
dicitur uil- lissimus non erat cum eis quando uenit Decius.

Dixerunt autem alii discipuli. Vidimus decium. Qui dixit eis. Nisi mittam os meum in locum peccarii ut bibam non credam. Primas autem qui dicitur vilissimus iactabat decem. alius duodecim. tercius vero quinque. Et qui quinque proiecerat exhausit bursam et nudus ab aliis se abscondit. OF. Loculum humilem saluum facies decie et oculos lusorum erue decie

Humiliate uos auari ad maledictionem. Oremus. OR.

Effunde domine iram tuam super auaros et tenaces qui iuxta culum ferunt sacculum. et cum habuerint denarium reponunt eum inclusum donec uertatur in augmentum et germinet centum. Pereat. Hic est frater prauitatis filius iniquitatis figura scamni genus nescitandi nisi nat amare quando timet nummum dare. Pereat.

Quod ille eis maledictionem prestare dignetur qui zacheo benedictionem tribuit et diuiti auaro guttam aque denegauit.

Et maledictio dei patris omnipotentis descendat super eos. CO.

Mirabantur omnes inter se quod decius abstraxerat cuilibet uestes. V. SUPRA.

TEMPUS. Hoc letitie dies festus hodie. omnes debent psallere. et cantilenas promere. et affectu pectoris et toto gestu corporis et scolares maxime qui festa colunt optime. Stilus nam et tabule sunt feriales epu

le ꝛ nasonis carmina. uel alioꝝ pagina. quicquid agant
alii iuuenes amemus ꝛ cum turba plurimum ludum ce
IOCVNDEMVR. Soci. Item ad. Liebrem.
sectatores ocii nostra pangant ora cantica sonora ut laudem
dignos laude uirtuosos ꝛ carentes fraude. R ost. O. ꝛ oci
iubilo largos laudet nostra concio. Ad honorem hospitis cui
festum colitis canite benigne carmen laudis digne mereri
repudiemus ꝛ psallentes omnes intonemus. Inuidos ypocri
tas. mortis premet grauitas. pereant fallaces ꝛ uiri mendaces
minus qui negant promissum puniendi ruant in abyssum.
AUdientes audiant. V. Supra.
dou schande uert al über daz lant. querens uiles ꝛ tena
ces. si hat sich uermezzen des. quod uelit assumere. die
bosen herren swie ez ergê. adprendum in totham. nu hui nu
hin nu hin. O liberales clerici nu merchent rehte wideme si.
date uobis dabitur. ir sult lan offen iwer tür. uagis ꝛ egentibus
so gewinnet ir daz himel hûs. ꝛ in perenni gaudio alsus also
alsus also. Sicut cribratur triticum. also wil ih die herren tûn.
liberales cum cribro. die bosen risent in daz stro. uiles sunt
zizania. daz si der tieuel alle erslahe. ꝛ ut in eum pereant.
auoy auoy alez auant. Rusticales clerici semper sunt famelici
die geheizent unde lobent uil. unde lousen hinger schanden zil.

quisque colit et amat. daz in sin art gelêret hât. natura
vim non patitur. hin vur. hin vur. hin vur. hin vur. Item.

CVM IN orbem universum decantatur ite. sacerdo-
tes ambulant currunt cenobite. et ab evangelio iam
surgunt levite. sectam nostram subeunt. que salus est vite.

In secta nostra scriptum est omnia probate. vitam
nostram optime vos considerate. contra pravos clericos vos
perseverate. qui non large tribuunt vobis in karitate. Et
nos misericordie nunc sumus auctores. quia nos recipimus
magnos et minores. recipimus divites et pauperiores. quos devo-
te monachi dimittunt extra fores. Nos recipimus monachum
cum rasa corona. et si venerit presbiter cum sua matrona.
magistrum cum pueris virum cum persona. scolarem libentius
tectum veste bona. Marchiones bawari saxones australes.
quotquot estis nobiles vos precor sodales. aures in hec percipite no-
vas decretales. quod avari pereant et non liberales. Secta no-
stra recipit iustos et iniustos. claudos et debiles senio combu-
stos. bellosos pacificos. mites et insanos. boemos. teutonicos.
sclavos et romanos. Stature medioeres gigantes et gnanos.
in personis humiles et econtra vanos.

De vagorum ordine dico vobis iu-
ra. quorum vita nobilis dulcis est natura. quos delectat amplius

pinguis assatura. vel rem quam faciat ordei mensura. Ordo
noster prohibet matutinas plane. sunt quedam fantasmata que
vagantur mane. per que nobis veniunt visiones vane. sed qui
tunc surrexerit non est mentis sane. Ordo noster prohibet sem-
per matutinas. sed statim cum surgimus querimus pruinas.
illuc ferri facimus vinum et gallinas. nil hic expavescimus
preter Hashardi minas. Ordo quem ubi dictio nostra secta voca-
tur. quam diversi generis populus sectatur. ergo hic et hec
et hoc ei supponatur. quod sit omnis generis qui hic describatur.
Ordo noster prohibet uti dupla veste. tunicam qui recipit ut va-
dat vix honeste. pallium mox reicit. decio contestante. cingu-
lum huic detrahit ludus manifeste. Quod de summis di-
citur in imis teneatur. camisia qui fruitur bracis non u-
tatur. caliga si sequitur calceus non feratur. nam qui hec
transgreditur excommunicatur. Nemo prorsus exeat hos-
picium ieiunus. et si pauper fuerit semper petat munus. incre-
mentum recipit sepe nummus unus. cum ad ludum sederit.
lusor oportunus. Nemo in itinere contrarius sit ventis. nec
a paupertate ferat vultum dolentis. sed spem sibi proponat semper
consulentis. nam post grande malum sors sequitur gauden-
tis. Ad quos pervenerimus dicatis eis quare. singulorum cupi-
tis mores exprobrare. reprobare reprobos et probos probare. et pro-

S hos ab improbis ueni segregare. I te.

SePe. De miseria mee paupertatis conqueror, in carmine uiris litteratis. laici non sapiunt ea que sunt uatis. et nil michi tribuunt quod est notum satis. Poeta pauperior omnibus poetis. nichil prorsus habeo nisi quod uidetis. unde sepe lacrimor quando uos ridetis. nec me meo uicio pauperem putetis. Fodere non ualeo. quia sum scolaris. ortus ex militibus preliorum ignaris. quia me nunc terruit labor militaris. malui uirgilium quam te sequi paris. Mendicare pudor est mendicare nolo. fures multa possident sed non absque dolo. quid ergo miser faciam qui nec agros colo. qui nec fur nec mendicus neutrum esse uolo. Nullus ita parcus est qui non ad natale. emat cappam pallium pelles uel quid tale. sed non statim dissipat nec custodit male. nec ducit ad quotliber festum sed annale. Parcus pelles perticat et inuoluit pannis. et indutas rarius multis seruat annis. a lesura maculis notis et a dampnis. fumi. uini. pulueris. et ignis et amnis. Vidi quosdam milites nuper conuenire. de festiuis uestibus gestu superbire. cum haberent pallia uetustatis mire. que ulixes rediens posset reperire. Color sepe pallius et forma mutatur. color cum pro uiridi rubrum comparatur. uel quod est interius foris reguratur. uel cum a tinctoribus

color colloratur. Forma cum in uarias formas sit mutata. ue
stimenta diuitum uice uariata. in noua fert animus dicere
mutata. uetera uel potius inueterata sint. Vidi quosdam diuites
homine satis clare. formas in multiplices uestes uariare. contra
frigus hiemis pallium cappare. ueris ad introitum cappam
palliare. Cum hec tritum sepius. sepius refecit. et respectum
sepius. sepius defecit. noluit abicere statim nec abiecit. sed par
tientem tunice iuppam sibi fecit. Sic in modum gorgonis
formam transformauit. immo mirus artifex ermofroditauit.
masculinauit femininam. marem feminauit. et uincens tyresiam
sexum tertium. Parum sibi fuerat pallium cappare. e con
uerso deinceps cappam palliare. recappatum pallium in iuppam
mutare. si non tandem faceret iuppam caligare. Hec Gilbertus
subprior in decretis. ne mantellos ueteres refarcinentes. renoua iubet
ri prohibens calce uel in cruris. hec decretum uiolat iam sicut
ues uidens. Excommunicamus hos et recappatores. et cappa
ueterum repalliatores. et omnes huiusmodi recappatores. om
nes anathema sint donec mutent mores. Lectio
C V. SERM. Animaduerterem dicit Cato. quis me redar
guit de peccato. laudem et honorem canimus. nostro hospiti
cui bonus est animus. Ergo fratres karissimi intelligite
et ad ora pocula porrigite. et si aliquis inueniatur ex uobis.

118

-decimet seorsum a nobis. Si aliquis debibat tunicam postea
revolvat camisiam. et si aliquid plus de re sapitis. denudetur
a planta pedis usque ad verticem capitis. tunc eritis comites
apostolorum. quia in omnem terram exivit sonus eorum. et in fi-
nes orbis terre verba eorum. Conventus iste nobilis letetur
huius convivii. et mera mente gaudeat. et dignas laudes refe-
rat. summo patri filio et hospiti largissimo tali dicto nomi-
ne. ut longo vivat tempore. ITEM. AL.

EGO. Sum abbas Cucaniensis. et consilium meum
est cum bibulis. et in secta decii voluntas mea est. et
qui mane me quesierit in taberna. post vesperam nudus e-
gredietur. et sic denudatus veste clamabit wafna wafna
quid fecisti sors turpissima. nostre vite gaudia abstulisti
omnia. VERSUS.

Res dare pro rebus pro verbis verba solemus
Pro nudis verbis montanus utitur herbis.
Pro caris rebus pigmentis et speciebus. ITEM.

ARTIFEX. Qui condidit hominem ex luto. et h-
animavit oculos ora facto sputo. Salvet vivas animas et a-
nime [illegible] pax vobis omnibus ego vos saluto. O preclari
nobiles viri litterati. furum regis legati. o presbiteri beati.
genus preelectum unice omnibus abiectum consulens despice

tum. uirtutis uestre per effectum. pauperie mea contestor. pater
manifeste. quod eo sine ueste. satis inhoneste. si me uultis audi
re. contestor me fore uiros probitatis mire. qui uirtutes faci
unt nobiles appello. qui autem me despiciunt auaros euello.
de libro uiuentium ad inferos repello. ut ibi permaneant
plutonis in cancello. De Sacerdotibus.

SACERDOTES. Et leuite quotquot estis me
audire. uos sine debetis lux. uerba mea intelligere. Vos
doctores consecrati. et uirtutibus ornati. non sint uobis hic
cognati. nisi qui sunt litterati. et honesti comprobati. illis sunt
commendati. Non sit uobis [illegible] aduersum me sic
denudatum et ab omnibus separatum. Ergo mites dominum kari
tatem diligatis. [illegible] uero egenti. solamen impendatis.
ut participes esse [illegible] largitatis. nam uos esse socios
[illegible] karitatis. Non [illegible] causa. Schelunck uni
[illegible] quod [illegible] aliis. nisi in [illegible]. De mundi statu.

MUNDUS. [illegible] sepe uariatur [illegible] status
[illegible] degradatus. [illegible] mundi positus est in
[illegible] maritus [illegible] Tam
[illegible] uetera perit mos antiquus [illegible] nequior, et
[illegible] iniquus. nemo [illegible] quilibet [illegible] amicus. non
sanctimus regnat nunc [illegible] iniquus. Specialiter

quod adhuc quisquam remaneret. nullum . qui paupertatem

dando sustineret. pleno cornu cepit munera preberet. nomen

largi sed et rem quod plus est haberet. Atuem raram mon-

strum hanc potiu uidere. est phenice rarior. hirco ceruus ...

hanc quesiui sepius felix tu iam querere. ei nomen intimius da-

bimus chimere. Mundus ergo labitur nullus hunc sistentar. cur-

rit. cadit. corruit. quis eum retentat. largitatis semitas uene-

rium frequentat. actus largi strenuos nemo representat. Una

tantum uideo formam largitatis. quam uos spatio cleri celebra-

tis. hanc edicam nudius si uos sileatis. si cum patientia me susti-

neatis. Dicet quis enuclea. quid est hec quod dicis. dicam. larga

munera uiris seruit Thais. thais illa celebris terminis. cum s.

bais. illa troie pestilens et dampnosa grais. Hec dum nudo

nudam se per hec iniungit. manu lingua labiis. palpat. lingit.

ungit. at uenas medullitus scalpit. prurit. pungit. pamphilum

dupliciter sic Thais emungit. Tamen est qui Thaidem ut

cadauer odit. ab hac ut a bestia cauens se custodit. sed dum

ganimedicus passionem fodit. ignem ei loculus per dentem ro-

dit. Nullum hic est medium. quiuis clericorum. si non in-

glicerium largus et in porum. licet ambidextri nunc multi

modernorum. uni tamen preferunt iocos geminorum. Restat adhuc

alterum largitatis genus. sed hoc totum uenerius est nil hic capit uen.

Primo ponatur sedes Augustino in fronte ecclesie. et Augustinus habeat a dextera parte ysaiam et danielem. et alios prophetas. A sinistra autem archisynagogum et suos iudeos. Postea surgat ysaias cum prophetia sua sic. Ecce uirgo pariet sine uiri semine. per quod mundum abluet a peccati crimine. de uenturo gaudeat iudea numine. et nunc ceca fugiat ab erroris limine. Postea. Ecce uirgo concipiet. et c. Iterum cantet. Dabit illi dominus sedem dd. et c.

Postea daniel procedat prophetiam suam exprimens. O iudea misera. tua cadet unctio. cum rex regum ueniet ab excelso solio. cum retento floride castitatis lilio. uirgo regem pariet. felix puerperio. iudea misera sedens in tenebris. repelle maculam delicti funebris. et leto gaudio partus tam celebris. erroris minime celas illecebris. Postea cantet. Aspiciebam in uisu noctis. et c. Tertio loco sybilla gesticulose procedat. que inspiciendo stellam. cum gestu mobili cantet. Hec stelle nouitas fert nouum nuntium. quod uirgo nesciens uiri commercium. et uirgo permanens post puerperium. salutem populo pariet filium. E celo labitur ueste sub altera. noua progenies matris ad ubera. beata faciens illius uiscera. que nostra meruit purgare scelera. Intrare gremium flos nouus ueniet. cum uirgo filium intacta pariet. qui hosti liuido ruinas excutiet. et noua secula rex nouus faciet. E celo ueniet

rex magni nominis. coniungens federa dei et hominis. et sugens
ubera dei et hominis. reatum diluens mundans criminis. Item
cantet hos uersus. Iudicii signum tellus. et c. Deinde procedat
Aaron quartus propheta portans uirgam. que sumpta super altare
inter .xii. uirgas aridas sola floruit. Quam personam conducat
chorus cum hoc. R. Salue nobilis uirga. Et dicat hanc prophe
tiam. Ecce nouo more frondes dat amigdala nostra. Virgu
la nux xpc. s; uirgula uirgo beata. Et dicat. Vt hec floruit
omni carens nutrimento. sic et uirgo pariet sine carnis detri
mento. vt hic ramus uiruit non nature copia. uerum ut in
uirgine figuret misteria. clausa erunt uirginis sic pudoris
ostia. quando uirgo pariet spiritali gratia. Quinto loco pro
cedat balaam sedens in asina. et cantans. Vadam uadam ut ma
ledicam populo huic. Cui occurrat angelus euaginato gla
dio dicens. Caue caue. ne quicquam aliud quam tibi dixero
loquaris. Et asinus cui insidet balaam perterritus retrocedat.
Postea recedat angelus. et balaam cantet hoc. R. Orietur stel
la ex iacob. et c. Archisynagogus cum suis iudeis ualde obstre
pet auditis propheciis. et dicat trudendo socium suum. mouendo
caput suum et totum corpus. et percuciendo terram pede. baculo
etiam imitando gestus iudei in omnibus. Et socius suis indig
nando dicat. Dic michi quid predicat dealbatus paries. Hic

michi quid asserat ueritatis caries. Dic michi quid fuerit quod
audiui pluries. Vellem esset cognita rerum michi series. Illos
reor audio in hec uerba fluere. Quod sine commercio uirgo de
bet parere. O quanta simplicitas cogit hos desipere. qui de boue
predicant camelum descendere. Auditis tumultu et errore iude
orum. dicat episcopus puerorum. Horum sermo uacuus. sensus peregri
ni. quos et furor agitat et libertas uini. Sed restat consulere men
tem Augustini. per quem disputatio concedatur fini. Statim
prophete uadant ante Augustinum et dicant. Multum nobis obui
at lingua iudeorum. quibus adhuc adiacet uetus fex errorum. Cum de
Christo loquimur. rident et suorum argumenta proferunt nobis animorum
Re. Aug. Ad nos illa prodeat tenebris abscondita. et se nobis offe
rat gens errori dedita. Vt et error claudicet res ipsis exposita.
et scripture pateat ipsis clausa semita. Veniat archisynagogus
cum magno murmure sui et suorum. quibus dicat Aug. Nunc aures
aperi iudea misera. rex regum ueniet ueste sub altera. Qui
matris uirginis dum sugit ubera. dei et hominis coniunget fe
dera. Re. archisynagogus cum nimio cachinno. O Aug. de profundo
maxime portans hec ingenio. dum futurum predicas. id quod
negat ratio. nam si uirgo pariet et sine commercio. nature robur
est. et rerum confusio. Tu quid contra resonas. labe tactus ueteri.
qui non illud respicias. quod est iustum fieri. Nam si uirgo pa

riet. quod prophetant pueri. natura de proprio iure potest conqueri.
Quando uirgo pariet. et ante retro prospera. lupus agnum fugiet.
plana fient aspera. Si moderna colligis. et attendis uetera. in adiec
to ponitur: est uirgo puerpera. Ut propheta garrulus incessanter asse
rit. uel si uirgo pariet. uel iam forte peperit. que non ante partum
carnis copulam senserit. quod fantasma fuerit. lex docet et ape
rit. Quod de clausa uirgine sic procedat paruulus. est erroris
credere. non doctrine cumulus. uel ergo respondeat ad obiectum
emulus. uel erroris fugiat. et ruboris baiolus. Voce sobria et
discreta respondeat Augustinus. In euentu prospero talis casus unici.
argumenta claudicent. moresque sophistici. docet enim ratio na
turam non reici. si quid preter solitum semel uides obici. Dicat.
homo mortuus in adiecto ponitur: quod in aristotile pueris ex
primitur. Sed hec uestra regula tunc repulsam patitur: cum de
matre uirgine. sermo nobis oritur. Augustinus dicat. Ne fantas
ma dixeritis. quod uirgo concipiet. quod pudoris ostio non aperto
pariet. de iudea multiplex testis nobis ueniet. qui uobis contra
rius et nobiscum faciet. Ut specular solidum solis intrat radius.
et sincere transitus seruit ei peruius. Sic in aulam uirginis
summi patris filius. lapsum quidem faciet. et tamen innoxius.
Postea incipiat Augustinus. cantare. Letabun dus. primum uersum.
Et sedm prophete. Regem regum intacte profudit thorus. Res mi

randa. 7 c. Dicat archysinag. cum suis. Res neganda. Iterum
Aug. cum suis. Res miranda. Item archysinag. cum suis. Res
neganda. Hoc fiat pluries. Aug. incipiat. Angelus consilii natus
est de uirgine. sol de stella. Respondeant prophete. Sol occasum
nesciens. stella semper rutilans. semper clara. Dicat Aug. Ce
drus alta libani conformatur ysopo ualle nostra. Dicant prophete.
Verbum ens altissimi corporali passum est carne sumpta.
Postea dicat Aug. Ysaias cecinit. synagoga meminit. numquam
tamen desinit esse ceca. Respondeant prophete. Si non suis uatibus
credant uel gentilibus sibillinis uersibus hec predicta. Postea dicat
Aug. cum prophetis omnibus. Infelix appera. crede uel uetera. cur dam
pnaberis gens misera. Natum considera. quem docet littera.
ipsum genuit puerpera. Postea Aug. solus cantet. Discant
nunc iudei. quomodo de xpo consentientes nobiscum amplexari
debent. noui partus nouum gaudium. Noue spem salutis ipsum
expectantium. Hunc uenturum credant. 7 nasciturum expec
tent nobiscum dicentes. Rex nouus erit salus mundo. Inter
cantandum omnia ista archysinag. obstrepet mouendo corpus
7 caput. 7 deridendo predicta. Hoc completo. detur locus prophetis.
uel ut recedant. uel sedeant in locis suis. propter honorem ludi.
Deinde angelus appareat Marie operanti muliebriter. 7 dicat.
Aue Maria gratia p. do. te. Et iterum. Ecce concipies

7 paries. 7 c̄. Illa stupefacta dicat. Quo modo fiet
istud. quia uirum non cognosco. R̄. angelus. Spi ritus
sanctus super ueniet. 7 c̄. V̄. Ideoq; quod nascetur. 7 c̄. R̄. maria.
Ecce ancilla d(omi)ni. 7 c̄. Dein maria uadat casualiter. nichil cogitans
de Elisabeth uetula Iohe impgnata. 7 salutet eam. 7 dicat. Vnde
hoc m̄. 7 c̄. Et cantabit. Ex quo facta est uox salutat̄. 7 c̄. Eadē
dicat. Benedicta tu in mulierib; 7 c̄. Tuque portabis. p. h. et
añ gen̄. R̄. maria. Magnificat anima mea d(omi)n(u)m. Dein recedat ely
sabeth. quia amplius n̄ habebit locum hec p(er)sona. Dein maria uadat
in lectum suū. que iam de spiritu s(an)c(t)o concepit. 7 pariat filium.
cui assideat Ioseph in habitu honesto. 7 p(ro)lixa barba. Nato puero
appareat stella. 7 incipiat chorus hanc. ā. Hodie xp̄c natus est.
Qua finita. stella appareat. qua uisa. tres reges a diuersis parti
bus mundi ueniant. 7 ammirent(ur) de apparitione talis stelle. quor(um)
primus dicat. Per curarum distrahor frequenter quadruuium.
rationis paciens 7 mentis naufragium. cum hanc stellam uideo
portantem inditium. quod ipsius nouitas. nouum portet nunti
um. Cursus ego didici. 7 naturas siderū. 7 ipsor(um) memini p(er)scru
tari nūm. S; cum hanc inspicio. ego miror iterum. quia non compa
ruit aput quemquā ueterum. Quando luna patitur. 7 sol qn̄
obscabit(ur). quem effectum habeat stilbon comes ueneris. in quo
gradu maxime mars nocuus dicitur. michi fecit cognitū lingua

secte ueteris. S; elinguem efficit hic me stelle radius. quid por

tendat nescio. s; querens attentius. hoc unu conitio qd est natus

filius. cui mundus obediet. quem timebit amplius. Hoc dicat p

mus semp inspiciendo stellam. 7 disputet d illa. Dicat secund?

Mea iam precordia dulce uestit gaudium. michi iure factum

non paruum cpendium. in eo quod ambigo se monstrantem

dubium. 7 cure participem iam inueni socium. Quando mente

uigili planetas inspicio. mea uim cuiuslibz deprehendit ratio.

de marte. de uenere. de sole. mercurio. de iouis clementia. de sa

turni senio. que sit uis cuilibet in quo domicilio. S; in hac q

aspicis 7 quam monstras digito. qualitate cognita. de effectu

dubito. S; quid in sentiam tu mecum accipito. ut fruamur pa

riter quesiti cposito. Illud iubar qd inspicis 7 intantum radiat.

7 planetas ceteros in pallorem uariat. regem natum predicat.

quo maior non ueniat. cui cedens iuiuu totus orbis seruiat.

Dicat tercius monstrando 7 disputando de stella. Questionum

nouitat enodare rete. ille per quem habeo. qd quando comete.

se pducit radius. tunc habent planete. 7 quorudam principum

se psentant mete. Quid sit stella nouimus. 7 quid sit planeta.

hor hec est neutrum. s; cum sit cometa. in ungamur gaudio.

sit mens nobis leta. magni enī principis uerus est cpha. vide

stelle claritas quanta ppagatur. in planeta quolibz splendor

hebetatur. quod ei qui natus est satis adaptatur: cuiusuis poten
tia per hunc obscuratur: Ergo cum muneribus una procedamus.
et quo stella duxerit gressus dirigamus. ut quando uiderimus
quem natum speramus. nostra ei munia reges offeramus. Mo
do procedant reges usque in terram herodis. querendo de puero. et
cantando. Vbi est qui natus est. et cetera. Quibus occurrant nuntii
herodis dicentes. Vos qui regum habitus et insigne geritis. no
bis notum facite quare sic inceditis. uel si nouitatum aliquid re
ferendum noscitis. quod ad aures regis ferre queritis. Nos hero
dis uernule sumus et uicarii. ad quem sepe transuolant ex diuer
sis nuntii. nulla nobis clausa sunt secreta palatii. ergo scire pos
sumus uestri rem negocii. Responsio. reges. Sepelire uolumus quod a
nobis queritur: ipsum stella reserat que a nobis cernitur: regem
natum querimus de quo stella loquitur. quod cuius imperium
nullo fine clauditur. Responsio. nuntii. Felix istud ueniet herodi pre
conium. et libenter audiet hoc de rege nuntium. ut hinc ergo pri
mitus per nos sumat gaudium. uos nostrum sequimini ue
stigium. Postea nuntii festinent ad herodem dicentes. Rex he
rodes accipe quiddam ammirandum. iam a tribus regibus tibi
referandum. ipsi natum asserunt regem uenerandum. cui esse
non ambigunt orbem subiugandum. Respondet herodes cum
magna indignatione. Cur audetis talia regi presentare. no

lite uos consulo falsum fabricare. num herodes ego sum potens
subiugare. quicquid mundus continet. celum. terra. mare.
Post hec herodes maxime indignatus. uocari faciat archysinagog.
cum iudeis suis dicens. Huc iudea ueniat secunda consilio.
ut nobiscum differat super hoc negocio. et ego uos precipiam expo
ni suplicio. si uos esse deuios comprobabit ratio. Modo ueniat ar
chisynagog cum magna superbia et iudeis suis. cui dicat herodes.
Te magister alloquor. et aduertant alii. nostra mordet uiscera
duri fama nuntii. huc tres magi ueniunt non astrorum in
scii. qui ad ortum properant prepotentis filii. R. archisyna
gog. cum magna sapientia et eloquentia. Ne curarum domine uerseris
in biuio. tres huc reges ueniant. querendo de filio. quibus
te concilies diligenti studio. et eis sic loquere sub amoris pallio.
Reges estis uideo quod prophetat habitus. uester michi gratus est fac
tus ad nos transitus. Sed quid uos huc traxerit referate penitus.
nam uobis ad omnia rex erit expositus. R. reges. Stella no
ua radiat. cuius ortus nuntia. cui mundus obediet. et qui reget
omnia. et nil stare poterit absque huius gratia. nos ad illum ten
dimus hec ferentes munia. Herodes respondet. Ne sim uos in
pediens ad iter propositum. ite ad nos postea maturantes reditum.
ut et ego ueniens. munus feram debitum. ei cui non ambigo
mundum fore subditum. Ab herode discedant tres magi pau

latam. inspicientes stellam. & disputantes de illa. interim angelus appareat pastoribus & dicat. Magnum uobis gaudium pastores annuntio. deus se circumdedit carnis uestre pallio. quem non pe perit carnali commertio. immo uirgo permanens. mater est ex filio. Pastoribus euntibus dicat diabolus. Tu ne credas talibus pastorum simplicitas. scias esse friuola que non probat ueritas. quod sic in presepio sit sepulta deitas. nimis est ad oculum reserata fal sitas. Iterum pastoribus ad negocium suum redeuntibus dicat an gelus. Pastores querite natum in presepio. & uotum solute matri cum filio. nec mora ueniat isti consilio. set uos huc dirigat mentis deuotio. Iterum pastoribus abeuntibus dicat diabo lus ad aures eorum. Simplex cetus aspice qualis astucia. eius qui sic fabricat uero contraria. ut que sua falleret nugis mendatia. in ritinis conciliat que profert omnia. Mirentur pastores. et unus dicat ad alterum. Numquid frater colligit ea que audio. quedam uox insinuat de nato filio. uerum in contrarium ab hoc suscipio quod audita resident uincta mendatio. Dicat iterum angelus ad pastores. Cur non aures uertitis ad hunc ueri nuntium. quis est iste subdolus uertens uos in deuium. ne uos error induat propter aduersarium. ite. nam quod predico monstrabit presepium. Dicat iterum euntibus diabolus. O gens simplex nimium & insen su uulnerata. fert fenum & pabulum que bubus non ingrata.

in presepi comedat dectas reclinata. debacharis nimium cum putas ista rata. Item pastores ad socios suos. Audi frater iterum qualis repugnantia. inde quedam audio hinc horum contraria. meus simplex animus. mea mens non sobria. ignorat que potior sit horum sententia. Postea simul conueniant angeli et simul cantent.

Gloria in excelsis deo. et in terra pax hominibus bone uoluntatis aevia aevia. Qua uoce audita. dicat pastor ad socios suos.

Ad hanc uocem animi produco suspirium. ex hac intus habeo citharizans gaudium. procedamus igitur simul ad presepium. et curuatis genibus adoremus filium. Deinde procedant pastores ad presepe cantando hanc antiphonam. Facta est cum angelo multitudo celestis.

Quo cantato. adorent puerum. Deinde reuertantur pastores ad officia sua. quibus occurrant tres magi dicentes. Pastores dicite quidnam uidistis. et annunciate Christi natiuitatem. Respondeant pastores. Infantem uidimus pannis inuolutum. et choros angelorum laudantes saluatorem. Postea reges uadant ad presepe. et primo adorent puerum. et postea offerant ei munera sua. primo aurum. postea thus. tertio mirram. Deinde modicum procedant. et tunc dormiant. et angelus appareat eis in somnis dicens.

Nolite redire ad herodem. et cetera. Postea non reuertentibus ad herodem sic dicat. Gens iudea properet ut herodem audiat. et prestet consilium de re que me sauciat. rex herodes anxius ignorat quid faciat. cum a tribus regibus se lusum inspiciat. Veniat archisy

nagogus cum suis. cui dicat herodes. Tu magister aperi prophetarum edita.
siqua sunt de puero a prophetis tradita. nam a te fideliter te michi ex
posita. se monstrabunt proprii cordis abscondita. Respondeat archisynagogus.
Tu bethlehem terra iuda. et cetera. Dein herodes iratus dicat ad milites
suos. Ite ite pariter manu iuncta gladio. etas adhuc tenera. nulli
parcat filio. immo mater quelibet nudo fleat gremio. ut de nato pu
ero michi detur ultio. Vadant milites et interficiant pueros. quorum
matres sic lugeant et lamententur. Heu heu heu. mens herodis effe
ra. cur in nostra uiscera bella mouet aspera. heu heu heu. que etas
adhuc tenera sugens ubera. perpetrauit scelera. Heu heu heu. Iste
dolor anxius. dum transegit impius. innocentes gladius. Heu
heu heu. Proles adhuc tenera. per te mater misera. descendet ad in
ferni. Heu heu. Michi uite gaudium. fili nunc supplicium. mortis
eris ostium. Postea herodes corrodatur a uermibus. et excedens de sede
sua mortuus. accipiatur a diabolis multum congaudentibus. et herodis
corona inponatur archelao filio suo. quo regnante. appareat in
nocte angelus ioseph dicens. Accipe matrem et filium. et uade in
egiptum. Precedens maria asinum. dicat. Omnia dura pa ti
uitando pericula na ti. Mater sum presto. iam uadam.
tu comes e sto. Maria mea laude dignior. forma ueri
hominis. tamen sine fraude. gloriam cano sui nominis
uerbi dei gratia fit res. non est adulatio huius decoris collaudatio.
hinc ignoro parem sicut probarunt caymithum. Si pambulatur fixones

Pange vox adonis. nobilem prelatum de solio, qui gaudet in
donis et caret viciorum lolio. est iocundus letus et affabilis.
in promisso stabilis. providus prudens honorabilis:
Cum architriclino dicere possum eius vultibus. tu servasti vi-
no nobili fine atque dapibus. et post primum non datur deterius
verum loquor verius funditur bonum atque melius:
Octo gradus virtutum properat ut sol ad meridiem. paupertatis
nutum sentiens queres eius faciem. cur forma vitrea sic de-
ficis. cur cito non efficis quod sit hic in loco pontificis.
Sed si non est princeps cathedre scilicet officio. ut clerus
deinceps memorat quando fit electio. est statura ceteris prela-
tior. multo elegantior moribus cunctis honorantior: et quere supra in hoc folio.

Rex Egipti cum comitatu suo in locum suum producat.
cum adductu. Estivali gaudio etc. Ab estatis floribus
nos amor salutat. humus picta floribus faciem commutat.
Flores amoriferi iam arrident tempori. perit absque venere flos
etatis tenere. Omnium principium dies est vernalis. vere mun-
dus celebrat diem sui natalis. Omnes huius temporis dies festi
veneris regna iuuis omnia. hec agant sollempnia. Et tam is-
te comitatus quam comitatus regis hec sepius cantent. Ad fonte(m)
philosophie sicientes currite. et saporis tripertiti septem rivos
bibite. uno fonte procedentes non eodem tramite. Quem pytago

Francos et bawarum sweuos renum uertile alsatiam ibi fine faciam
non h.. clerus tale g(er)m.

ras rimatus excitauit physice. in Socrates. Plato honestarum ethi
ce. Aristotiles loquaci desponsauit logice. Ab hiis secte multifor
mes athenis materiam nacte hoc liquore totam irrigarunt gre
ciam. qui redundans infinite fluxit in hesperiam. Hec noua
gaudia sunt ueneranda. festa presentia magnificanda. Dulcia
flumina sunt babylonis. mollia semina perdicionis. concupiscentia
mixti saporis. ingerit somnia leuis amoris. Hec enim gaudia
cupiditatis. tribuunt ydola captiuitatis. Dulc. Apta delitiis
caro letatur. hac uicii mens uiolatur. D. Affectionibus motus
tumultus. tollit uirtutibus appropos cultus. D. Ista sunt deuia fe
licitatis. ocia mollia sunt uoluptatis. D. Ista negocia plena do
lorum. et desideria flagiciorum. D. Et sepius repetant. Deorum in
mortalitas. Con multi sunt. In ingressu marie et ioseph cum iesu.
omnia ydola egiptiorum corruunt. ministri uero sepius ea restitu
ant. et thura incendant cantantes. Hoc est numen salutare. cui
fundat ad altare preces omnis populus. huius nutu reflorescit
si quandoque contabescit manus. pes. uel oculus. Honor iouis
cum neptuno. pallas. uenus. uesta. iuno. mire sunt clementie.
Mars. apollo. pluto. phebus. dant salutem lesis rebus. insite po
tentie. Quod quia non proficit. minister precedat regem et cantet.
Audi rex egiptiorum. lapsa uirtus ydolorum. destituta uis deorum
iacet cum miseria. iam delubra ceciderunt. simulacra corrue

runt. dū fugati fugierunt. heu cum ignominia. Quibus
rex mirabili gestu respondeat. Scire uolo que causa rei. uel
qualit̄ ipsa numina placent̄. sapientes ergo uocentur. Tunc
armiger uocet sapientes ad p̄sentiam regis. 7 cantet. Regia
uos mandata uocant. non segniter ite. Tunc dicat rex sapien
tibus. Scire uolo. 7 c̄. Vos date ɔsilium. Sapientes responde
ant. Nostrum est ɔsilium deos honorare. aras. templa. tripo
des. lucos innouare. thus. storacem. balsamū. stacten cremare
mare. 7 humanum sanguinem superis libare. Tali quippe mo
do uirtute ministeriorum. 7 prece deuota placabitur ira deorum.
Tunc rex p̄paret se ad immolandum. 7 cantet. Hoc est numen
salutare. Comitatus respondeat. Stulti sunt. Tunc ydolis re
stitutis. rex ad locum suū redeat. 7 ydola iterū corruant. Quo
audito. itm̄ uocent̄ sapientes. quib; rex dicat. Dicite quid no
bis. 7 quid portendat egipto. mira mali sp̄es. p̄digiosa quidem.
Cui sapientes. Rex regum dominus. deus hebreorum. ip̄otens in
gloria. deus est deorum. cuius in presentia uelut mo[...]iorum. cor
ruit. 7 labitur uirtus ydolorum. Tunc rex cantet. Ecce nouum
cum matre deum ueneretur egiptus. Et omnia ydola abici
antur. hic est finis regis egipti. Tunc assurget rex babilonis. isti?
comitatus sepius repetat. Deorum immor. Stulti s̄. Et hunc uer
sum. Ille iure cupidus deus estimatur. qui spretis ceteris uult

ut solus colatur. Stulti sunt. In conflictu gentilitatis synagoge
et eccle(sie) gentilitas contra eas cantet. D[illegible] numinibus
colenda. [illegible] pluralitas ubique metuenda. Comitatus sunt Rx.
Stulti sunt [illegible] qui deum unum dicunt et antiquitatis
ritum precium contradicunt. Gentilitas. Si enim unum credimus
qui preest universis. subiectos hunc credimus contrarie diver
sis. Comitatus Rx. Stulti sunt. Gentilitas. Finxit [illegible] iudea
hanc singularitatem. ut homo coleret unam divinitatem. Co
mitatus. Rx. Stulti sunt. Item rex babylonis contra ypocritas.
Fraudis [illegible] compellor experiri. per quas nequitia [illegible]
solet mentiri [illegible] simulatur [illegible]
falsitas. quoque [illegible] mentiuntur. Item devicto rege. cantet in pre
sentia antixpisti. Tibi principi cedit imperialis [illegible]
[illegible] Comitatus [illegible] O [illegible] dolorem [illegible]
[illegible] igitur [illegible]
[illegible]
[illegible] ne tibi iherosolima ne insane tirannie [illegible] uos
[illegible] Egypti prime [illegible]
[illegible] iussis [illegible] Item [illegible]
[illegible]
[illegible] babilonis [illegible]
[illegible]

Primitus producatur pilatus et uxor sua cum militibus in locum suum. Deinde herodes cum militibus suis. Deinde pontifices. Tunc Mercator et uxor sua. Deinde Maria Magdalena. Ingressus pilatus. Postea vadat dominica persona sola ad litus maris. vocare petrum et andream. et inveniat eos piscantes et dominus dicat ad eos Venite post me faciam vos piscatores hominum. Illi dicunt Domine quid vis hec faciemus. et ad tuam voluntatem pariter adimplemus. Postea vadat dominica persona ad zacheum et obviet ei cecus Domine iesu fili david miserere mei. Jesus respondit Quid vis ut faciam tibi. Cecus Domine tantum ut videam. Jesus dicit Respice fides enim tua salvum te fecit. His factis iesus procedat ad zacheum et vocet illum de arbore Zachee festinans descende quia hodie in domo tua oportet me manere. Zacheus dicit Domine si quid aliquem defraudavi reddo quadruplum. Jesus respondit Quia hodie huic domui salus facta est. eo quod et tu sis filius abrahe. Jesus venit. Cum appropinquaret dominus. Et cum audisset. Et pueri prosternentes frondes et vestes pueri hebreorum. Item pueri. Item Gloria laus. Tunc veniat phariseus et vocet iesum ad cenam Rabbi quod interpretatur magister. peto ut mecum hodie velis manducare. Jesus respondit Fiat ut petisti. Phariseus dicat ad servos suos Ite citius prope parate sedilia. et mense cuncta ut sint placentia. Maria magdalena cantet. Mundi delectatio. dulcis est et grata. eius conversatio. suavis et ornata. Mundi sunt delicie quibus estuare volo. nec lasciviam eius devitare. Pro mundano gaudio vitam terminabo. bonis temporalibus ego militabo. Nil curans de ceteris corpus procurabo. variis coloribus illud perornabo. Modo vadat maria cum puellis ad mercatorem cantando Michi confer venditor species emendas. pro multa pecunia tibi iam reddendas. Si quid habes insuper odoramentorum. nam volo perungere corpus hoc decorum.

Mercator cantat. Ecce merces optime prospice nitorem. hee tibi conveniunt ad vultus decorem. hee sunt odorifere quas si comprobaris corporis fragrantiam omnem superabis. Maria magdalena. Chramer gip die varwe mier. diu min wengel roete. da mit ich di iungen man an ir danch der liebe noete. [minnen] Item Seht mich an iunge man lat lat mich ev gevallen

Item Minnet tugentliche man minnecliche vrawen. minne tuot ev hoech gemuot. unde lat evch in hoechen eren schawen. Seht mich an iunge man etc.

Item Wol dir werlt daz du bist also vreudenriche. Ich wil dir sin undertan durch dein liebe immer sicherlichen. Seht mich an etc. Postea vadat dormitum et angelus cantet. Maria magdalena nova tibi nuntio. Symonis hospicio hic sedens convivatur. iesus ille nazarenus gratia virtute plenus. qui relaxat peccata populi. hunc turbe confitentur salvatorem seculi. Recedat angelus et surgat maria cantando Mundi delectatio. Tunc accedat amator quem maria salutet et cum parum locuntur cantet et adpropinquet.

Wol dan minneclicher chint. schawe wier chramer. chauf wier di varwe da di uns machen schoene unde wolgetane. er muez sein sorgen vri der da minnet mier den leip. Iterum cantet. Chramer gip di varwe mier. Mercator respondet. Ich gib ev varwe deu ist guot dar zuo lobelich. dev eu machet reht schoene unt dar zuo vil reht wunnechliche nempt si hin hab ir si ir ist niht geleiche. accepto ungento vadat dormitum. Maria magdalena et ~~iterum evanescat~~. Tunc surgat maria et cantet Mundi delectatio. Et cum postea obdormiat et angelus veniat cantando ut supra et iterum evanescat.

Heu vita preterita vita plena malis. fluxus turpitudinis fons exicialis. heu quid agam misera plena peccatorum que polluta polleo sorde viciorum. Angelus dicit sibi. Dico tibi gaudium est angelis dei super una peccatrice penitentiam agente. Item Hinc ornatus

seculi. vestium candores. protinus a me fugite turpes
amatores. ut quid nata volui. que sum defedata. et ex omni genere criminum
nominata. Tunc deponat vestimenta secularia et induat nigrum pal-
lium. et amator recedat et diabolus. Dic tu mercator nobis iuvenis Item ad mercatorem
hoc unguentum si tu vendideris. dic precium pro quanto dederis. heu
quantus est noster dolor. Mercator respondet Hoc unguentum si multum cupitis
unum auri talentum dabitis. aliter numquam portabitis. optimum est.
Et chorus cantat Accessit ad pedes. Accepto unguento vadat ad
dominicam personam cantando flendo. Jesu nunc ad medicum turpi
ter egrota. medicinam postulans lacrimarum. dona huic restat
ut offeram. et cordis plangores qui cunctos ut audio sanat peccatores. Item
Item Iesus trost der sele min. la mich dir enpholhen sin. unde loese mich von
der missetat. da mich dev werlt zuo hat braht. Item Ich chume niht von
den fuezzen dein. du er loesest mich von den sunden mein. Unde von
der grozzen missetat. da mich dev werlt zuo hat braht. loquitur pha-
riseus intra se Si hic esset propheta. sciret utique que et qualis illa esset que
tangit eum quia peccatrix est. Et dicat Judas Ut quid perditio hec.
potuit enim hoc venundari multo et dari pauperibus. Jesus cantat
Quid molesti estis huic mulieri. Opus bonum operata est in me. Item statim
Symon habeo tibi aliquid dicere. Symon petrus magister dic. Dicat Jesus.
Debitores habuit quidam fenerator creditor duos quibus credidit spe
denariorum. hic quingentos debuit alter quinquagenos. et eosdem penitus
fecerat egenos. cum nequirent reddere totum relaxavit. quis eorum
igitur plus ipsum plus amavit. Symon respondet Estimo quod ille plus
cui plus donavit. Jesus dicat. Tua sic sententia recte iudicavit.
Item Iesus cantat ad mariam Mulier remittuntur tibi peccata. fides
tua salvum te fecit. vade in pace. Tunc maria surgit

z uadat lamentando cantans. Owe owe daz ich ie wart geborn.
han ich verdient gotes zorn. der mir hat geben sele unde leip. owe ich
vil unseleich wip. Owe owe daz ich ie wart geborn. swenne mich
erwechet gotes zorn. Wol uf ir guoten man unde wip. got wil
rihten sele unde leip. Interea cantet diabolus Mariseus iste fontem misericordie
conabatur obstruere. Tunc uadat iesus ad resuscitandum lazarum. z ibi
occurrant maria magdalena z martha plorantes pro lazaro. z iesus cantet
Lazarus amicus noster dormit eamus z a sompno resuscitemus eum. Tunc
maria magdalena z martha flendo cantent Domine si fuisses hic frater noster
non fuisset mortuus. Et sic tacendo clerus cantet Videns dominus flentes so-
rores lazari ad monumentum lacrimatus est coram iudeis z clamabat. Et
iesus cantet Lazare ueni foras. Et clerus cantet Et prodiit ligatis
m. z p. q. f. q. m. Interim Judas ueniat festinando z querat oppor-
tunitatem tradendi dicens pontificibus O viri magni consilii iesum
uolo uobis tradere. Cui pontifices respondeant. Quid si nobis re-
sum iam tradideris triginta argenteis remuneraberis. Judas r.
a Iesum tradam ~~propere~~ credite rem promissam michi soluite. turbam me-
cum dirigite iesum caute deducite. Pontifices cantent Iesum Iudas pro-
pere hinc turbam tecum accipe et perde viriliter iesum trade velociter.
Judas tunc det iudeis signum cantans Quemcumque osculatus fuero ipse est
tenete eum. Tunc turba iudeorum sequatur iudam cum gladiis z fustibus
z luminibus dicens ad ihesum. Interea iesus faciat ut mos est in cena. Postea
assumat quatuor discipulos z ceteris dicat quos relinquit.
Dormite iam z requiescite. Deinde uadat orare. z dicat. iiij. discipulis
Tristis est anima mea usque ad mortem sustinete hic z orate ne intretis in
temptationem. Et sic ascendat in montem oliueti z flexis genibus res-
piciens celum ... dicendo. Pater si fieri potest transeat a me

calix iste spiritus quidem promptus est. caro autem infirma. fiat volun-
tas tua. Hec sc̄o redeat ad . iii . discipulos et inueniat eos dormientes. et dicat petro
Symon dormis non potuisti una hora uigilare mecum. Manete hic
donec uadam et orem. Postea uadat iterum orare ut antea.
Tunc iterato ueniat ad discipulos et inueniat eos dormientes
et dicat ad eos. Manete hic. et iterum dicit Pater si non potest hic
calix transire nisi bibam illum fiat uoluntas tua. Tunc redeat ad
discipulos et cantet Una hora non potuistis uigilare mecum qui exhortaba-
mori mini pro me. uel iudam non uidetis quomodo non dormit. sed festinat tra-
dere me iudeis. Surgite eamus. Ecce appropinquat qui me traditurus
est Veniat iudas ad iesum cum turba iudeorum quibus ihesus dicat
Quem queritis. Qui respondent Jesum nazarenum. Jesus dicit Ego sum.
Et turba recedat. Iterum iesus dicit Quem queritis. Iudei Jesum
nazarenum. Jesus respondit Dixi uobis quia ego sum. Iterum Si ergo me — Nonne vidi
queritis sinite hos abire. Tunc apostoli dent fugam excepto petro — te cum illo
et Judas dicat Aue rabbi. Jesus illi respondit Amice ad quid uenisti — in horto.
peccatum magnum tu fecisti. me iudeis traditum ducas ad patibulum cru- — Nescio quid dicis
ciandum. Et petro sequente ihesum una ancilla dicat. Vere tu ex illis es
vere tu ex illis es nam et galileus es.
Ipse dicit. Non sum. Iterum ancilla. Nam unus ex eis es. Petrus. Non noui hominem. — Non noui
et ihesus Tanquam ad latronem existis cum gladiis et fustibus comprehendere me etc. — te cum illo
dicat Et ducat ihesum ad pontifices et chorus cantet Collegerunt pontifices etc.
Et pontifices cantent et cogitent quid faciant Quid facimus quia hic
homo multa signa facit si dimittimus eum sic omnes credent in eum.
Et Cayphas cantet Expedit uobis ut unus moriatur homo pro populo
et non tota gens pereat. Clerus cantet Ab ipso ergo die cogitauerunt etc.
Postea ducatur ad pilatum iesus et dicunt iudei Hic dixit. Soluite templum
hoc et post triduum reedificabo illud. Pilatus respondit Quam accusa-

cionem afferetis aduersus hominem istum. Judei R. Si non fuisset hic
malefactor non tibi tradidissemus eum. Pilatus Accipite eum uos et
secundum legem uestram iudicate eum. Judei. Nobis non licet interfi-
cere quemquam. Postea ducatur iesus ad herodem. qui dicat ei.
Homo Galileus es. Iesus uero tacebat. Et herodes iterum dicit.
Quem te ipsum facis. Iesus non respondit ei ad unum uerbum. Tunc iesus
inducitur ueste alba. Et reducunt ihesum ad pilatum. Tunc conue-
niunt pilatus et herodes et osculantur inuicem. Et ihesus ueniat ad
pilatum et ipse Nullam causam mortis inuenio in homine isto Judei dicunt Reus est mor-
dicit. tis. Tunc pilatus dicat ad ihesum Tu es rex iudeorum. Ihesus respondit.
Tu dicis quia rex sum. Pilatus dicit Gens tua et pontifices tui tradide-
runt te michi. Iesus paulatim dicit Regnum meum non est de hoc mundo.
et ihesum Pilatus iterum dicit Ergo quem te facis. Iesus uero taceat. Et pilatus
dicit ad pontifices Quid faciam de iesu nazareno. Judei Crucifigatur. Pilatus
Corripiam ergo illum et dimittam. Tunc ducitur ihesus ad flagellandum.
Postea ihesus induatur ueste purpurea et spinea corona. Tunc dicant Judei
blasphemando ad iesum Aue rex iudeorum. Et dent ei alapas.
Propheciza quis est qui te percussit. Et ducant eum ad pilatum. Cum
pilatus dicit Ecce homo. Judei Crucifige crucifige eum. Pilatus Accipi-
te eum uos et crucifigite. Nullam causam inuenio in eo. Judei Si
hunc dimittis non es amicus cesaris. Item Omnis qui se facit regem contra-
dicit cesari. Pilatus Unde es tu. Ihesus tacet. Pilatus Michi non
loqueris. Item Nescis quia potestatem habeo crucifigere te et potestatem dimit-
tere te. Iesus respondit Non haberes in me potestatem nisi desuper tibi datum
fuisset. Pilatus ad Judeos Regem uestrum crucifigam. Judei R. Crucifiga-
tur quia filium dei se fecit. Pilatus lauans manus suas cum aqua
et dicat ad iudeos Innocens ego sum a sanguine huius uos uideritis.

Tunc ies⁹ ducatur ad crucifigendum. Tunc Judas ad pontifices ueniat cantando et reiectis denariis dicat flendo. Penitet me grauiter quod istis argenteis xpm uendiderim. It. Resumite uestrum resumite mori uolo et non uiuere suspendi supplicio uolo perdere. Pontifices Quid ad nos iuda scariothis tu uideris. Statim ueniat diabol⁹ et ducat iudam ad suspendium et suspendatur.

peccaui tra- dens san- iustum.

Tunc ueniant mulieres a longe plorantes flere ihm, quibus ihs dicat.

Filie ierusalem nolite flere super me sed super uos ipsas.

Tunc iesus suspendatur in cruce et titul⁹ fiat Jesus nazarenus rex iudeorum.

Tunc iudei pilato cantent. Regem non habemus nisi cesarem. Pilat⁹ Quod scripsi scripsi. Tunc ueniat mater domini lamentando cum Johanne ewangelista et ipsa accedens crucem respiciat crucifixum.

Awe awe mich hiute unde immer we. a we wie sihe ich nvan daz liebiste chint daz ie gewan ze dirre werlde iedehain wip. awe mines schoene chindes lip. It. Wen sihe ich iemerlichen an lat iuch erbarmen wip unde man. lat iwer ougen sehen dar. unde nemet der marter rehte war. It. Wart marter ie so iemerlich. unde alls rehte angestlich nv merchet marter not. unde got. unde al den lip von blute rot. It. Lat ie ben mir daz chindel min unde toetet mich die muter sin mariam mich uil armez wip. zwiu sol mir leben unde lip. It mater domini omni ploratu exhibens multos planct⁹ et clamat ad mulieres flentes et conquerendo ualde.

Flete fideles anime flete sorores optime ut sint multiplices dolores indices planctus et lacrime. Fleant materna uiscera marie matris uulnera materne dolens que dicar solea felix puerpera. Triste spectaculum crucis et lancee clausum signaculum mentis virginee profunde uulnerat. hoc est quod dixerat. quod prophetauerat felix prenuntius. hic ille gladius qui me transuerberat. Dum caput cernu

Div mukke můz sich sere můn. wil si den ohsen uber lůn.
Gienge ein hunt des tages tausent stůt. ze chirchen er ist doch ein hůt.
Manich hůt wal gewaret. der doc der leute varet.
Ez dunchet mich ein tumber sin. swer want den ouen uber gin.
Swa ich waiz den wolues zant. da wil ich hůten mein hant.
Daz er mich niht verwnde. sein beizzen swirt von grunde.
Der lewe sol auch nimmer iagen. wellent im di hasen iagen.
Div fliug ist. wirt der sumer heiz. der chůnste vogel den ich waiz.
Der bremen hohgezit zergat. so der augest ende hat.
Wie chevern vliegen unuerdaht. des vallet manig in ein paht.
Die frösche tůnt in selben schaden. wellent si den storchen ze hůse laden.
Di wisen chunnen wol verstan. waz ich tore gesprochen han.
Der lebe furhtet des mannes niht. wan ob er in höret und niht siht.
Der theu sich selb betriuget. swenn er ze hohe fliuget.
Diu nahtigal dirhe nůt. swenn ein esel oder ein ohse lůt.
Der hunt hat leder vrezzen. so man dienstes wil vergezzen.
Der hofwart und der winde. selten gůte friunde sinde.
Swer schalchait lernt in der iugent. der hat vil selten stæte tugent.
Man siht vil selten richez hůs. ane dieb und ane můs.
Von reht iz auf in selben gat. swer dem andern geit valschen rat.
Der esel und di nahtigal. singent ungelichen schal.
Swa man den esel chrönet. da ist daz land gehönet.
Minne schatz. groz gewin. verkerent gůtes mannes sin.
Man minnet nu schatz mere. danne got. lyb. sel. und ere.
So stæte friundin nieman hat. er furhte doch ir missetat.
Vremede scheuet herzelieb. stat machet manigen dieb.
Swer lieb hat der wirt selten frei. vor sorgen. daz ez unstæte sei.
Herzelieb hat manich man. der doch gar ůmu gezzet dran.

Tunc maria amplexet johem ꝛ cantet quā habet int̄ brachia.
Mi iohannes planctum moue. plange mecum fili noue fili nouo federe
matris ꝛ matertere tempus est lamenti. immolemus internas lacrimarum
victimas xp̄o morienti. Et p hora quiescat sedendo. ꝛ itm̄ surgat cantet.
Planctus ante nescia ꝛc. Tūc iterū amplexet iohem ꝛ cantet
Mi iohannes ꝛc. Johes ad hec. O maria tantum noli lamentare tuo proli
sine me nunc plangere que uitam cupis cedere. Et iohes teneat eam
sub humeris. ꝛ dicat ies ad eā. Mulier ecce filius tuus. Dein dicat
ad Johem. Ecce mater tua. Postea uadat Maria ꝛ Johes de cruce
ꝛ Jesus dicat. Sitio. Stati veniat Judei pferentes spongiam
cū aceto ꝛ ies bibat Consummatum est. Tūc longin9 ueniat cū lancea
et pforet lat9 ei9. ꝛ ille dicit aperte. Jch wil im stechen
ab daz herze sin. daz sich ende siner marter pin. Jesus uidens finem
dicat clamando E—ly— E—ly— Lema sabactany. hec est.
Deus deus meus ut quid dereliquisti me. Et inclinato
capite emittat spiritū. Longin9 vere filius dei erat iste. Jt Durre ist
des waren gotes sun. Jt Er hat zaichen an mir getan. wan ich min sehen
wider han. Et un9 ex iudeis dicat ad iudeos Elyam vocat iste.
Eamus ꝛ uideamus si elyas ueniens liberet eum an non. Alt' iud9.
Si filius dei es descende de cruce. Jt alt9. Alios saluos fecit se ipm
non potest saluum facere. Magnificat. Ad dominū cū t.
Rex [illegible] Ingrediente. Appropinquet. Maria v'go sep.
Aue spes nost'a dei. Regali ex v'gine maria. Inple[illegible]
Ave dn̄a mundi. Ave regina celoꝝ. Ave virgo v'ginū
[illegible] ueniet [illegible] red'pcio nr̄a tu i t' mulieres speciosissima
[illegible] omnes [illegible] ꝯs benedicta iuxta filiū [illegible] choros
angeloꝝ posita pro nobis rogam [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sine fine gaudere Post partū
Ora pro nobis [illegible] [illegible]. Exurge dn̄e.
Sanctissima ꝛ gloriosissima et [illegible] [illegible]
ego indignus peccator [illegible] [illegible] posse [illegible]
Anima [illegible].

ut spe certa respiremus per eius suffragia

205 Katerine collaudemus. uirtutum insignia. cordis et presentemus et oris obsequia. ut ab ipsa reportemus. equa laudum premia. Multa fide katerina. iudicem maxentium. non formidat lex diuina. set format eloquium. quod confutat. ex doctrina. errores gentilium. Victi christo confitentur. iubet iudex ut crementur. nec pilis aut uestibus. nocet ignis. et torrentur iniustis. Post hec blande rex mollitur uirginem seducere. nec promissis emollitur nec terretur uerbere. compeditur custoditur. tetro clausa carcere. Clause lumen ne clauditur. illucet perfuso. qui regine federatur. fidei collegio. quos fidem imitatur. ducentena concio. Quorum quos concionis. concordes constantia uim mundane passionis. pari pacientia superemus ut in bonis regnemus in gloria. Amen.

pro relictis erroribus
corporibus

p 206 Pange lingua gloriose. uirginis martirium. gemme pulcri preciose. descendat in medium. ut illustret tenebrose mentis domicilium. Imminente passione. uirgo hec interserit assequitur ihesu bone. quod a te pecierit suo quisquis in agone mei memor fuerit. Huius caput amputatur. fluit lac cum sanguine. angelorum subleuatur corpus multitudine et sinay collocatur in supremo culmine. Declarat. hoc exemplum. meritum uirgineum. quod ex eius tumulo manat. incessanter oleum. cuius ictus omnis sanat doloris aculeum. Cum doloris corporalis. ut sanat hec unctio. sic langoris spiritalis. mundet nos infusio. ut eterno temporalis. dolor cedat gaudio.

Gloria et honor deo.

Sic iesu bone tibi nunc et uirginis qui certantes in agone. adiuuas fideles. et mercede das corone uincenti. uiriliter.

Presens dies expendatur in eius preconium. cui uicaus delectatur
in ore laudantium. si gestorum teneatur finis et inicium.
Verbo uite roboratus prosiliit porfirius. cum ducentis
decollatus. migrat palme socius. katerine cruciatus maturiter
maxencius. Imminente passione. hic declarat hic exemplat.
Cum dolore corporali. Gloria et honor.

Hac in die. laudes pie. celi iungant armonie plausus et tripudia.
Qua conscendit ad diuina. Christi sponsa katherina. sublimi uictoria.
Virgo dolens christianos. a prophanis ut prophanos. subici martyrio.
Christum palam confitetur. neque super hoc ueretur. obponi maxencio.
Cuius uictus documentis. et conclusus argumentis querit adiutoria.
Grecos querit oratores. et in gretis meliores. hic fingunt lingua.
Ad certamen accersitur. locus datur disputantibus. succumbit rethorica.
Virgo gaudet rex inflatur. credit et martirizatur. turba phylosophica.
Virgo decus puellare. virgo proles regia. forma conprouinciales mores elegancia.
Qua stet indicione. rex imperatoria. tamen dijs ne detrahens dare sacrificia.
Ad hec uirgo inquid o maxenci quod dixisti testa. nescit uerius declinari deus propria.
Sed nam diis plura tuis das articlaria. miser adaunitate. tumulis ademonia.
Resipisce resipisce. mirans tua discere. Christo te concilia.
Cecius certa uenerans. falsus falsa. deprecans. similis similia.
Rex ad ista perturbatur. furit frendet stomachatur. latrat contra hominem.
Rotam fieri mandat. pangit mox dum rotatur. sternit multitudinem.
Nunc hinc maga rapiatur. hinc uenefica trahatur. ad squalorem carceris.
Assunt mox apparitores. mox laniste mox tortores. iussa complent ceteris.
Virgo caput et mamillas. offert illas comitatur. insigne prodigium.
Nam mamilla dat cruorem. caput lactis fundit rorem. commutando proprium.
Tibi Christe sit perhennis. decus et imperium. Tu beate katherine nobis
da consorcium.

gaudio

Cant̄ joseph ab arimathia

Jesus von gotlich art · ein mensch ane alle sunde · der anschuld gemartert wart · ob manic virbaz vunde · genagelet an dem chriuze stan · daz iu niht chunegen ere · darumb solt iu mich in lan · bestaten niht herre ·

pilat̄

Swe welelich teidinge gert daz stet wol ander maze · daz er iu werde wol gewert · du bitest daz ich laze · elich bestaten ihm Christ · daz main ich wol in gute · seit er dir so zeh zen ist · nim in nach dine mute ·

℟ · Cum iubilo iubilemus virgini Marie ·

℟ In hac die laudes demus virgini Marie ·

℟ Cum + te cantemus canticum Marie ·

X̄pe Deus homo sine semine ·

X̄pe Nos tuere in terventu Marie ·

X̄pe Natus de maria virgine ·

℟ Exaudi p̄ces audi deus optime ·

℟ Nos defende precibus Marie ·

℟ Precantes salua semper et rege nos guberna nos defende nos protege dn̄e deus trine pro marie meritis eleyson · [illegible] fortes · ratio que ab sori [illegible]

[illegible] Tempe copiet [illegible] ē dn̄s [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] precat [illegible]

[illegible]

[illegible] apperuit [illegible]

[illegible] custodia · a m ·